

INDEX TOMI SECUNDI.

Visitationis tempore presentem Parochum non futurum.  
 & quid de emolumentis, si visitator administraret, aut  
 alius. 27  
 Pena iniquè causas transigentis. 28  
 Indorum testimonio qualiter usuri. 29. & seqq.  
 De visitatione fabricæ, & ornamentorum. 32. ubi  
 notanda quedam.  
 Viuæ vocis Oracula.  
 Quæ ad Religiosos spectant esse confirmata non obstan-  
 tibus Bullis reuocationis, qui censeant. T. 12  
 219  
 Quid de testificatis per Cardinales, qui postea suere

Pontifices. 220  
 Non reuocari specialia quadam, in quibus Cardinalium  
 auctoritas peculiaris interuenit.

Votum.

Quale castitatis non sit reservatum. T. 12. 461 *Vide*  
 Panale non esse, etiam impleta conditione. 464  
 Neque ex leuitate emitti. Ibid. ubi à quibus dispensari  
 possint: pro quo & 462. & 463.  
 Ex communi coniugum consensu factum esse reservatum.  
 468. ubi quod contrarium sit probabile, & quod in  
 ordine ad petitionem debitt, eo stante.

FINIS.



ADDI.

ADDITIONES  
 AD TOMVM POSTERIOREM  
 THESAURI INDICI.

AD TITVLVM XII.

Circa Caput IV. num. 37.

Vbi de computatione temporis in Bul-  
 lis ad viginti annos Priuilegia con-  
 tinentibus.



T quod ibi dictum est de  
 non curanda Bulla Gre-  
 gorij XIV. firmiter am-  
 pliùs, facit tenor conce-  
 sionis Pauli V. in vtraque,  
 de qua *ibidem*. Declarat  
 enim Concessionem præ-  
 dictas à die Datæ computandas, nullam aliam  
 esse supponens ad effectus tales opportunam.  
 Aut ergo concessio Gregorij vim non habuit, vel  
 Societas eà uti noluit, vnde & pro concessione a-  
 lia instanter egit, vt ex tenore Bullæ vtriusque  
 constat, & in noua Priuilegiorum editione sup-  
 pressa Anno 1615. quando iuxta computatio-  
 nem P. Quintanæ vigeat vsque ad Annum 23.  
 duratura. Vel si vim certè habuit, computatio  
 concessionum Pauli non est à fine viginti illo-  
 rum annorum concessionis Gregorij faciendæ;  
 quia Pontifex expressè decernit faciendam à die  
 Datæ. Currentibus ergo pariter vtriusque Pon-  
 tificis concessionibus, & finita concessione Gre-  
 gorij Anno 23. nihil inde haberi potest emolu-  
 mento futurum, cum ad prorogationem conce-  
 sionis Pauli nihil conducatur, iam antè à die Da-  
 tæ currentis, & expleto designato termino fi-  
 niendæ acsi cum Gregorij concessione minimè  
 decurrisset.

2. Neque enim dici potest non obstante de-  
 signatione illà temporis ad inchoationem posse  
 post finem concessionis Gregorij inchoatam af-  
 firmari, eò quod, si pariter eurrerent, posterior  
 concessio nullius esset utilitatis toto illo spatio, in  
 quo prior vim haberet. Cum tamen priuilegia  
 ita debeant concessa censerì, vt speciale aliquid  
 operentur, iuxta Cap. *In his*, de priuilegiis, ex  
 quo sic communiter Doctores. Et ita sexennium  
 Bullæ Cruciatæ post finitas incipit eiusdem, aut  
 aliorum Pontificum concessionis. Non inquam  
 dici potest, quia vbi Pontifex expressa mens ha-  
 betur, omnis etiam illa non compatibilis intelli-  
 gentia cessat. Cum ergo verba illa *A die Datæ*, seu  
*A Data presentium*, verificari nequeant, nisi serua-  
 to tali termino, omnis alius philosophandi mo-  
 dus solido caret fundamento. Neque inutilis  
 concessio est, quandòquidem ratione illius id li-

Thesauri Indici Tom. II.

et, quod seclusa concessione absolute non lice-  
 ret, quamuis per accidens alia extet concessio vi-  
 cuius idem habetur, & allegari potest vt succes-  
 sor Pontifex similem liberalitatem exerceat, vt vi-  
 demus ab iis factum, de quorum Bullis disputa-  
 mus. Et quidem confirmatio in forma commu-  
 ni nullum ius confert nouum, vt communiter  
 tradunt Doctores apud P. Sturium *Lib. 8. de le-  
 gibus Cap. 18.* & tamen inutilis non est, vt idem  
 expendit *numer. 10. & 11.* quia plurimum perlo-  
 narum consensus & auctoritas confert vt plus ti-  
 meatur, & securiorem reddit priuilegium de  
 non reuocando priuilegio, sed conseruando ac  
 defendendo tamquàm proprio, cum reuera tale sit.  
 Hæc autem potiori ratione locum habent in ca-  
 su nostro, vt constat. Neque est simile in Cru-  
 ciatæ concessione, quia in illa non dicitur *A die  
 Datæ*: & iuxta mentem supplicantis conceditur  
 à talibus limitationibus alienam. Cum è contra-  
 rio Societas IESV ita priuilegia à Paulo V. po-  
 stulauerit, vt à die Datæ semper cæperit com-  
 putare. Quæ est noua ratio, & satis vrgens pro  
 intento.

Circa Digressionem eiusdem Capitis  
 n. 45. & seqq.

Vbi quæ sit odiosa Constitutio.

3. Pro resolutione nostra faciunt quæ habet  
 Angelus Boliùs *Tomo 2. Titulo 2. num. 35.*  
 & seqq. qui videndus. Et quæ ex Carolo de  
 Bausio tradit Diana *Parte 10. Tract. 14. Resolut.*  
 9. ad intelligendum quæ sit odiosa constitutio.  
 Et licet in applicatione doctrinæ non assentiat  
 ipsi, volenti nomine Clericorum non venire Re-  
 ligiosos, quando in Consilio Constantiensi sta-  
 titur vitandos notorios percussores Clerico-  
 rum; id quidem generali doctrinæ non obstat,  
 quam neque ipse negat. Citat autem Bausius P.  
 Suarium *Disput. 9. de Censuris Sect. 2. num. 11.* vt  
 qui aduertat Concilium Constantiense loqui de  
 percussoribus Clericorum, non autem de gau-  
 dentibus priuilegio Canonis: quod quidem im-  
 merito ab eo asserum, vt legenti constabit. Me-  
 lius videtur id posse deduci ex iis, quæ habet  
*numer. 14.* vbi ait in huiusmodi posituius legibus  
 proprietati verborum standum esse; & quatenus  
 fauorem continent, amplianda; vt verò odium  
 & rigorem, restringenda, quantum eumque po-  
 test vtrumque cadere sub verbi proprietate. Sic  
 ille philosophatur de prædicto Concilij Decreto  
 locutus. Cum ergo Clerici nomen Religiosum  
 non significet, & in odiosis versentur, videtur  
 itidè

KKK 3

de Bauny sententia comprobari. Sed de hoc alijs, & Dianæ sententia valde est probabilis. Pro resolutione autem nostrâ circa Constitutionem ex directo militat Carena Parte 2. Titulo 6. omnino videndus, & de Constitutione agit contra Solicitantes in Confessione, quam strictissimè intelligendam asserit.

Ibidem Circa num. 59.

Ubi de computatione triennij pro Superioribus Societatis.

4 **V**T non debeat computatio fieri de momento ad momentum, iuvat quod ait Bonacina Tomo 1. Disput. 1. de Suspensione, Puncto 3. num. 3. postremum scilicet diem debere esse completum: ergo id potius in fauorabilibus. Sed in contrarium videtur stare declaratio R. P. Gostini in litteris ad Prouinciam Peruvianam die 30. Ianuarij 1659. vbi sic ait. Ni vn dia ni vna hora mas puede gobernar el que acabo su trienio. Sic ille. Qui tamen poterit iuxta dictam computationem explicari, vt finito triennio in termino diei compleri, nihil liceat ulterius. Vide Boffium supra num. 55.

Ibidem Circa num. 60.

Ubi de subita & improuisa Superiorum vacatione.

5 **P**ro illius inconuenientibus facit id, quod habet Fr. Ludouicus de Miranda in Manuali Prælatorum Tomo 1. Tractatu de sacris Monialibus. Vbi adducit Constitutionem Sixti V. pro Monialibus, subiectis Fratibus Minoribus, vt earum Abbatissæ finito triennio vacent, neque aliquam possint prælationem exercere nisi alio triennio elapso à die finiti officij numerando. Et post eam adductam, nihilominus resoluit Abbatissas prædictas finito triennio posse Præsidentes constitui pro paruo aliquo tempore, donec alia Abbatissæ eligantur, ob grauissima inconuenientia, quæ in aliarum designatione recent: cum tamen verba Pontificis adeò videantur vrgere, potestatem omnem & auctoritatem ulterius prohibentis: non enim credendus est id, quod pro bono Religionis disposuit, in eiusdem detrimentum cedere voluisse. Et cum Miranda sentit Diana Parte 7. Tract. 12. Resolut. 17. vbi etiam adducit Santonum, sic dicens: Tamen hoc non obstante, existimo posse per illos dies, in quibus noua electio efficitur, cogere Monasterium sub aliquo titulo seu nomine. Sic ille.

Ibidem circa num. 85. & seqq.

Ubi de paucitate dierum in delegata iurisdictione.

6 **F**acit pro ibi dictis Nauarrus Lib. 1. Consil. Titulo de Electione, Conf. 9. in priori editione, vbi asserit Generalem Minimorum, cum prohibeatur esse Vicarius, finito termino ordinariæ gubernationis, posse tamen constitui ad aliquot

dies, seu breue tempus, sed non simpliciter. Facit etiam quod habet ibidem Tit. de ætate & qualitat. Ordin. Conf. 7. vbi in simili loquens, de prælaturâ ait defectum 25. dierum in duodennio esse paruitatem materiæ: vnde sex dierum defectus in triennio paruitas etiam dicenda videtur. Nauarri autem sententiam adducit, & probat Fr. Emanuel Tom. 2. qq. regul. quæst. 53. artic. 12. Pro quo & stat Lezana Tom. 3. v. Annus, num. 9. vbi ex Cornejo ponit in fauorabilibus annum expletum dici, etiamsi deficiant duo vel tres dies. Et Pasqualigus Decis. 473. vbi tres dies supra menses vacationis, à Tridentino Parochis concessos, ait esse paruitatem materiæ: apud quem Vincencius Vinyals, etiam quindecim in Episcopis. Hoc præsertim pro num. 89.

Ibidem circa num. 91. & 92.

Ubi de interuallis gubernationis, an sesquianum vacui complere possint.

7 **P**ro ibi dictis ad stipulatur Nauarrus Consilio nuper adducto, vbi ostendit tempus requisitum ad aliquid per æquipollens posse compleri.

Ibidem circa num. 94.

Ubi de sesquiani computatione.

8 **Q**uæ dicta ibi, iuxta ea, quæ diximus circa num. 89. regulanda sunt.

Ibidem circa num. 97.

Ubi de necessitate sententiæ declaratoriæ ad pœnam incurrendam.

8 **D**octrinam à Nobis ibi propositam amplectitur P. Bardi in Selectis Lib. 7. Quæst. 5. num. 8. cum alijs, etiam quando pœnæ in priuatione consistunt, & non requirunt actionem. Pro quo & Lezana Tom. 1. Cap. 8. numer. 30. & 31. vbi iuxta aliquos quid etiam si dicatur, Antedecisionem. Contrarium absolutè tenet cum multis, quos citat, Leander Parte 4. Tract. 2. Disputat. 9. Quæst. 28. in priuatione Beneficiorum, ob excommunicationem, & ob suspensionem Tract. 4. Disput. 3. Quæst. 28. etiamsi officium præster: immò et si egeat, & sit contumax, de quo Quæst. 29. sed Parte 5. Tract. 1. Disput. 3. Quæst. 13. contrarium sentit de pœnâ irregularitatis, de quo & Quæstio 16. & absolutè Boffius Tomo 2. Tit. 12. num. 162. & 163. & seqq. & Tomo 3. Titulo 18. num. 564. & Tit. 23. num. 33. vbi addit post declarationem retineri posse vsque ad executionem, pro quo alios adducit. Sed num. 36. consonat Leandro, etiam quoad censuras, & pœnas alias in priuatione consistentes. Vide autem numer. sequenti. & specialius Parte 1. Tractatu de Matrimonio. Cap. 5. num. 31. & seqq. vbi latissimè materiam hanc discutit, & fauorabiliter. Pro casu autem nostro num. 124. & 129. multis adductis.

Circa

Circa Caput V.

De diuersis Bullis Pontificum, de quibus num. 116. & 139.

1 **L**icet Concessio Leonis X. priori loco sit posita, non ideo absolutè sentenda prior, cum Leo Iulio successerit.

Circa num. 137.

Ubi de communicatione priuilegiorum in Fratibus B. Ioan. Dei.

2 **E**x tunc pro illa Bullam Vrbanæ Octauæ vide apud P. Quintanad. Tomo 1. pag. 320.

Circa extensionem Priuilegij ob rationis identitatem.

9 **H**abet pro hoc commodam Diana Doctrinam Par. 1. Tract. 13. Resolut. 4. ex communi Doctorum placito, iuxta quam valet argumentum ab identitate in æquiparatis à Iure, circa materias, si personæ sint, vel in materijs ipsijs quando in illis eadem videtur esse ratio, pro quibus bona apud eundem exempla. Et cum fidei causa adeò in Iure fauorabilis sit, quâdo circa illam constiterit eandem esse rationem, & nullum appareat inconueniens, poterit præfata doctrina vtiliter applicari. Vnde non est necessarium quod æquiparatio sit facta à Iure per modum regulæ, in quo vix esse dubitatio potest, sed sufficit eandem esse rationem, & quod fauorabili in materiâ versetur, vt fidei, religionis, & pietatis: vnde habetur, vt dispositio circa Clericos fauorem continens, ad Religiosos extendatur, de quo Auctor idem Tract. 14. Resol. 9. & Lezana verb. Priuilegium num. 9. citatis alijs.

Circa Caput VII.

Quod Moniales gaudeant Priuilegijs Virorum, de quo num. 138.

10 **G**audere etiamsi Ordinarijs subiectæ sint, cum onere tamen seruandi statuta generalia Ordinis, quorum habuerint notitiam, & casuum reservationem, habet Lezana Tomo 5. in Mari magno Carmelitarum, numer. 385. & 386. Iuxta quod videtur stare communicatio priuilegij, de quo Titulo 5. num. 306. & seqq. pro Missa in cameris: quod tamen negat Pasqualigus Decis. 176. & 178. quando subiectæ Regularibus non sunt. Quamuis aliunde non videatur necessarium: cum enim ad ingressum Sacerdotis necessaria sit Episcopi licentia, ille potest ad id suo iure vti, vnde & negare illam: quia, vt diximus, per priuilegium subordinatio religiosa neutiquam remouetur. Circa communicationem in temporalibus, diximus in Additionibus ad priorem Tomum numer. 104.

De communicatione quoad Indulgentias, de qua num. 144.

11 **A**pu'd Dianam Parte 6. Tract. 7. Resolut. 39. sunt qui illam concedant, qui tamen cum alijs negat, & specialiter de Altari priuilegiato, quod & de Ecclesijs eiusdem Religionis negant aliqui. Et Lezana de Altari negans Tomo 3. v. Altare num. 19. de Indulgentijs concedit V. Indulgentia num. 8. ob Concessionem Prædicatorum & Carmelitarum.

De communicatione in Festis de qua num. 146.

12 **N**egat illam Bordonus apud Dianam Par. 6. Tract. 8. Resolut. 14. nisi cum Festa de Sanctis non proprijs Religionum sunt, & de Mysterijs Christi, aut B. Virginis. Sed tenet Lezana Tomo 2. Cap. 1. num. 55. Quod cogitandum Diana relinquit. Et quod ibi de Octauis Beatificatorum dictum, iam est SS. D. Alexandri VII. Decreto sublatum, sicut electio in Patronos, & alia. Videndus Lezana circa communicationem in concessis priuatis Monasterijs & personis num. 52. & seqq. & Tomo 5. in Mari magno Augustinianorum num. 10. vbi illam quoad personas negat, concedit quoad loca, in quibus est ratio similis.

De Indijs an veniant Regnorum Hispania nomine, de quo num. 147. & 148.

13 **V**ideri pro eo possunt duæ Rotæ Decisiones apud Dianam Parte 8. Prima 9. Iulij 1645. Secunda 26. Februarij 1646. in quibus negatur ius Canonicatus Barchinonenlis, quia Catalonia non est Regnorum Hispanie nomine comprehensa. Sed P. Tamburinus in Decalogum Lib. 2. Cap. 5. 2. num. 6. pro Sicilia militat in Sanctorum celebratione.

De Parocho dimisso officio, de quo num. 190.

14 **M**anere approbatum pro Confessionibus, tenet cum alijs P. Mendus Disput. 22. à num. 34. & Tractatu appendice Disput. 2. Cap. 24. & ante illum Peyrinus apud Lezanam v. Parochus num. 6. & Leander Tomo 1. Tract. 5. Disput. 11. Quæst. 65. cum alijs quos citat.

Circa Caput VIII. num. 199.

Ubi de necessario Principis consensu ad vim consuetudinis.

15 **S**ufficere consensum lege ipsâ expressum, neque requiri specialem, tenet P. Bardi in Selectis Lib. 8. Quæst. 2. num. 16. & quando inducat obligationem præmissit num. 9. Videatur, iam à me alibi commendatus. Vide infra circa Baptismum. num. 260.

KKK 4

Circa